



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. LXIII. De Devota vita Fratrum de Christburg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CAP. LXIII.

*De**Devota vita Fratrum de Christburg.*

**I**N hoc castro Christburg fuerunt DEO devoti & miri tam abstinentiae regularis quam observantiae Sectatores, & cum hoc strenui milites in bello, ita ut verè posset de ipsis dici, quod in domo Monachalem, & in campovitam ducerent militarem. Inter hos fratres fuit quidam dictus de Glisberg, qui tantæ fuit sanctitatis, quod in die Parasceves, dum divinum officium in Ecclesia ageretur, & more solito geniculando se inclinaret ad crucem osculandam, imago crucifixi lignea elevans se extendit brachia sua, volens eum circundando brachiis amplecti, quo se idem frater indignum estimans ait: Non decet te Domine, quod tu inutilem peccatorem amplectaris. Fuit & quidam alius frater, qui circa cutem suam nudam catena & grossa & ferrea continuè usque ad mortem suam pro nocturnali cingulo utebatur.

## CAP. LXIV.

*De**Morte Pomeranorum plurium &  
Pruthenorum.*

**A**dificato castro Christburg turbati sunt insipientes corde, Neophyti & Svantepolcus, & continuaverunt unanimiter, quomodo ipsum dejicerent & delerent, impugnationem modis attentantes. Tandem fecerunt inter se mutuam conspirationem, ut simul obsiderent castrum Christburg: nec recederent ab obsidione, quo usque terræ alteri coæquaretur. Congrega-

ti